

119
681
32 20
Colendissime Patre

Intellexi ex epistola a D. P. matri data, D. P. iter
Bourgondiam parare, cuperem quidem si aetas et studia
mea id suaderent me comitem itineris D. P. praebere quo-
niam vero illud impedimenti restat, precibus meis D. P.
comitabor, Deumq. precabor, ut D. P. saluum ac sanum
reducem in patriam faciat: D. P. etiam ex his profec-
tum studiorum nostrorum percipere poterit, ex Ovidio
libram primum ac propemodum secundum Tristium
absolvimus, Justinum in quo menses aliquot desuda-
vimus Dei gratia absolvimus, in Graecis adhuc quo-
tidie pergimus ut et in Rhetoricis, ac proxima
hebetate Plautum incipiemus et strenue ad finem
perductum uberem nobis fructum allatum non dubi-
tamus. Hisce vale

Colendissime Patre

Mannicholandia. 9. Junij.
Anno 1648.

Prospero itinere fruire ac
fave studiis observantis,
simi tui Negotis
Ch. Huygens

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]